



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

XXVIII. Bischof Heinrich von Lebus bestätigt die vom Rath zu Mühlenberg  
vorgenommene neue Einrichtung und Dotation des Heiligen  
Geist-Hospitals, am 14. Februar 1355.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

fuerat obligata tollendas, deputauimus et presentibus deputamus. Datum Berlyn, Anno domini MCCCL quinto, in crastino Circumcisionis domini.

Nach dem Originale.

Diese Urkunde steht in dem Copialbuche des Markgrafen Ludwig über die Vogteien Frankfurt 1c., No. 39., mit dem Datum: Dominica post Epiphanie.

XXVIII. Bischof Heinrich von Lebus bestätigt die vom Rath zu Müncheberg vorgenommene neue Einrichtung und Dotation des Heiligen Geist-Hospitals, am 14. Februar 1355.

In nomine Domini Amen. Quoniam labilis est hominis memoria etc. Hinc est quod Nos Henricus, Dei gracia Episcopus Lubucensis ad uniuersorum tam presentium quam futurorum noticiam cupimus peruenire, quod prudentes et honesti viri Nicolaus Henso, Henningus Hafenuelde, Tylo Willemsdorff, Heyno Wildenbroke, Johannes Moesecow, Johannes Czernekow, Nicolaus Drysch, Nicolaus Creft, Consules in Monicheberg, suo et successorum suorum ac omnium ciuium in Monicheberg, presentium et futurorum, nomine accedente voluntate et consensu, Dni. Conradi plebani seu Rectoris parochialis ecclesie S. Marie in Monicheberg in suam et omnium fidelium in dicto loco Monicheberg degentium salutem et remedium animarum IV mansos prope ciuitatem Monicheberg sitos, qui ab olim ad Hospitale S. Spiritus ibidem in Monicheberg pertinuerunt, et unum ortum prope ualuam seu portam ejusdem ciuitatis uulgariter dictam Stentor situm, VI solidos monete Brandenburg. currentis pro tempore super ortos prope ualuam ejusdem ciuitatis uersus Strufberg sitos, et IV. sartagines pro cereuisia braxanda cum earum usufructu ad dictum Hospitale de nouo assignarunt, ea tamen conditione, quod Rector ipsius Hospitalis, quem Consules ipsius ciuitatis Monicheberg perpetuis temporibus ad idem Hospitale presentabunt, de prefatis IV mansis, IV solidis, ortis et sartaginibus, singulis annis in festo B. Martini plebano seu Rectori parochialis ecclesie supradicte, qui pro tempore fuerit, unam marcam Brandenb. argenti dabit tamquam redditus ecclesiasticos ac perfoluet. Item quod Idem Rector Hospitalis antedicti tres lectos pro infirmis in ipso Hospitali decumbentibus perpetuis temporibus tenebit, et dietim unam missam absque prejudicio Plebani prefate parochialis ecclesie celebrabit, nec se de cura animarum seu de aliquo offertorio aliquatenus intromittet, quin imo offertorium, quod in ipso Hospitali deriuabitur, sepedicto Plebano integraliter presentabit. Nos igitur Henricus Episcopus antedictus predictorum Consulium nobis supplicantium humiliter precibus inclinati, et qui non solum piis operibus assentire, immo etiam ex debito pastoralis officii ad bonorum operum exercitium singulos Christi fideles excitare tenemur, et salubribus monitis inuitare, pium affectum predictorum consulium efficaciam habere volentes, plenum nostre voluntatis assensum presentes, dotationem, assignationem et omnia alia supradicta omnino rata et grata habentes, ea ratificamus ac confirmauimus, nec non presentis scripti munimine confirmamus ac ratificamus. Actum et Datum Vrankenuord in domo habitationis nostre, in die B. Valentini Martyris, anno domini

M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quinquagesimo quinto, in cujus rei testimonium presentes scribi, et nostri sigilli appensione iussimus roborari.

Nach Gerken's Codex IV, 601.

XXIX. Pfarrer und Rath zu Müncheberg bekunden, daß die Mitglieder der Glendengilde daselbst gelobt haben, dem Nicolai-Altare in der dortigen Marienkirche eine jährliche Gebung beizulegen, am 26. Februar 1355.

In Nomine Domini Amen. Ad Univerforum et Singulorum Notitiam, in quorum audientia presentes fuerint recitate, ego Conradus Plebanus in Monkeberg et Nos Consules Civitatis ejusdem cupimus pervenire, quod discreti viri et honesti Nicolaus Crest, Conradus Winkin, Ludekinus Sutor, Henningus Wildenbruc, Johannes Erford, Relicta Henningi Zelow, Nicolaus Rode, Theodorus Sartor, Henningus Trebenitz, Henningus Rowen, Gerhardus Mytekin, Henningus Fullo, Conradus Tuber . . . . . Relicta Nicolai Lichtenow, Arnoldus et Petrus, dicti Lichtenow, Theodoricus Willamsdorp, Petrus et Petrus Erford, Henricus Damis, Betekinus Olifex, nostri Concives, Confratres unionis et Fraternalitatis Exulum, coram Nobis in Consistorio sedentibus Constituti, Reverendo in Christo Patri ac Domino, Domino nostro Henrico Episcopo Lubucensi et Michi Conrado dicto Plebano, nomine dicti Domini mei Episcopi promissum hujusmodi recipienti, sub pena Excommunicationis promiserunt, se velle ad Altare Beati Nicolai in Ecclesia Sancte virginis Marie dicte Civitatis situm infra spatium Biennii emere et donare pro redditibus Ecclesiasticis Tria Talenta bonorum Brandenburgensium Denariorum, per Altaristam seu Ministrum dicti Altaris singulis annis pacifice quiete tollenda, habenda et perpetuis temporibus possidenda. In cujus rei protestationem et evidenciam clariorem presentes conscribi fecimus et nostrorum sigillorum appensione videlicet mei Conradi Plebani predicti et Nostri Consulium dictorum roborari. Datum Monkeberg, Anno incarnationis Domini Millesimo CCCLV, feria quarta ante diem, qua in Ecclesia cantatur Reminiscere.

Aus Beckmann's Abschrift des Originals.

XXX. Markgraf Ludwig der Römer verpfändet dem Rathe zu Müncheberg wegen einer Schuld von 176 Mark seine Gebungen daselbst, am 20. Mai 1355.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus romanus etc. discretis viris Consulibus civitatis nostre Münchberg, qui nunc vel pro tempore fuerint, nostris fidelibus dilectis, iusto debiti tytulo sumus rationabiliter obligati in C et LXXVI marcis argenti brand., ea de causa, quod nostra et